



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

11. Suspucatos tamen dæmones, Christu[m] esse Filium Dei: & cur
voluerint in porcos immitti?

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

simento induebatur, neq. in domo manebat, nemo enim eum propter Marc. 5. 9.
sauiem recipere audebat. Sed non timuit hanc eius sauiem Luc. 8. 20.
Dominus; jure suo, potestate sua vsus, imperando iussit eum fa-
cellere: dicebat enim illi, Exi, immunde spiritus, ab homine isto. Quae Marc. 5. 8.
in re multa admiranda sunt, & vis imperij, & tot potentissimo-
rum spirituum cessio, & eorum petitio, & denique etiam impe-
tratio. Itaque è S. Thoma recolendum est, daemones diuinitus
impeditos fuisse, quò minùs multa de Christo agnoscerent, quae
non impediti natura sua facillè cognouissent. Audiissent enim Luc. 1. 31.
Angelum Gabrielem dicentem: Ecce concipies in utero, & paries
filium, & vocabis nomen eius IESVM. Hic erit Magnus, & Filius Al-
tissimi vocabitur, & c. Audiissent Elisabetham dicentem: Et unde Luc. 1. 43.
hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me? Cognouissent ex
multis alijs testimonijs, Christum esse Filium DEI. Sed id abs-
conditum est ab oculis eorum, vsque ad initium prædicationis
Christi; si enim cognouissent certò, non tentassent eum, sed id-
circo eum tentarunt, vt exploratè id cognoscerent: Si Filius Matth. 4. 3.
DEI es, dic, vt lapides isti panes fiant: Et: Si Filius DEI es, mitte te & 6.
deorsum. Post hanc tentationem autem certò sciuerunt daemones,
illum verum DEI Filium, & Messiam esse. Hinc legimus: Et non Marc. 1. 34.
sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum, item: Exhibant autem daemonia Luc. 4. 41.
à multis clamantia, & dicentia, quia tu es Christus Filius DEI, & in-
crepans non sinebat ea loqui, quia sciebant eum esse Christum. Interim
nihilominus mysterium mortis eius, quòd ea ratione homines Vide S. Au-
ab ipsorum tyrannide esset liberaturus, credibile est, non bene gustin. l. 9. de
cognouisse. Si enim certò cognouissent, vtique conati essent ciuit. cap. 21.
eius mortem impedire, quam non impederunt, sed promoue-
runt. Quia miserunt in cor Iudæ, vt eum traderet: & vt non- Ioan. 13. 2.
nulli putant, ijdem daemones, paulò pòst, cùm certius cogno-
uissent, quorsum Passio Christi tenderet, illam per vxorem Pilati
impedire voluerunt: Nihil tibi, & iusto illi: ait, multa enim passa sum Matth. 27. 19.
hodie per visum propter eum. Sed haud satis conuenit inter Autho-
res, num somnium istud à daemonibus, vel ab Angelis, vel à na-
tura profectum sit.

Interim daemones, qui ex his duobus ejecti sunt, vim im-
 perij tanti sentientes (vt cùm tot essent, & tam saui, & tamen

M m

ad

XI.

ad præceptum eius cedere cogentur) haud obſcurè indicant, ſe eum pro Deo habuiſſe, à quo ſolo tantopere poterant cruciari, & torqueri ante tempus, hoc eſt, in gehennam mitti, extra quam quidem ſua ſecum ſupplicia circumferunt, minùs tamen puniuntur nunc, quia & vagandi per mundum, & hominibus nocendi poteſtatem habent, quam non ſunt poſt diem iudicij habituri.

Matth. 8. 29. Hinc clamauerunt, dicentes: *Quid nobis, & tibi, Ieſu Fili DEI? Niſi huc ante tempus torquere nos? dum inuitos eiſcis, & nouo cruciatu addito exire hinc cogis. Hinc ijdem daemones, rogabant eū, dicentes: Si eiſcis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum, & non in abyſſum, quo ſuo, hoc eſt, iudicij extremi tempore mittentur.*

Iob. 30. 22. Potest autem vel hinc intelligi, infernum eſſe *terram miſeriae, & tenebrarum*, & magni horroſis, cum ſuperbi illi ſpiritus, in iſtis porcis, ſordidiſſimis & foediſſimis animalibus, quam in illo, malint habitare. At cur petierunt, vt mitterentur in porcos? Eſſi enim in abyſſum non eſſent miſſi, tamen in montes, aut in vaſtam aliquam ſolitudinem potuiſſent mitti, ſicut *Raphaël Angelus apprehendit daemonium, & reliquit illud in deſerto ſuperioris Aegypti*. Duæ cauſæ ab Authoribus afferuntur. Nam D. Chryſoſtomus exiſtimat, daemones hoc idcirco petuiſſe, vt incolæ illius ciuitatis, porcorum affecti damno, Chriſtum non reciperent: qui ſanè, ob id ipſum damnum, *rogabant eum, vt tranſiret à finibus ſuis*. Cum qua cauſa, non pugnat illa altera; quòd daemones odio hominum id fecerint, quorum corporibus ſi nocere non poſſunt, ſaltem iumentis, pecoribus, alijsq̄ue bonis nocent. Atque hanc cauſam indicauit Magnus ille Hilarion, quando è camelo ſatanam exturbauit: qui id non ſolùm exemplo Iobi, ſed etiam ex hoc loco docuit. Et malitia ipſa diaboli facilè perſuadet, quidquid ille petit, id eum in exitium hominum petere.

XII.

At verò cur ei Chriſtus annuit? Rupertus putat, Iudæos eius regionis, contra legem porcos habuiſſe; atque idcirco Chriſtum illos, in qua re peccabant, in ea & mulctare voluiſſe. Quæ reſponſio bona eſſet, ſi non Iosephus ſcriberet, Gadaram, & alias vicinas ciuitates Græcæ religionis fuiſſe, ideoq̄ue & porcos habuiſſe. Eſſi enim Gadara propriè ad regnum Iudææ pertinebat, tamen à Cæſare fuerat Græcis ad habitandum attributa. Quia
verò

S Hieronym.
in vita S. Hi-
larionis.

Ioseph. li. 17.
antiq. cap 13.